Ad.ta die 21 Janu. 717

Duplica.es Ingenierii Coll.ri D. Didaci Bessine ponende post asstas Replica.es, ut dicitur factas per DD. Admod. Re.dos Carolum Ambrosium, et Jacobum fratres de Bissinis sub asta die 4 Mensis Augusti 1716 manè

Coram Ill.mo I.C.C. Novarie D. Comite Reg.te D. Aloysio Caroello Reg.o Duc. Sen. dellg.o, seu subrog.o &

Premissis presente pref.o D. Didaco, semper salvis, acceptante predictas adversarias Replica.es in parte ac partibus favoribilibus tantum, si que & etiam in vim &c preiuditialibus vero confutatis, et duplicando dicente de illarum, ac omnium ibidem contentorum nullitate, invaliditate, ac inefficacia et quidem non tantum ex generalibus, que hic, verum et precipue quia ignorari non poterat ex adv.o, quod contestari Lis deberet inter partes media contradictione per DD. Adv.res allata contra tenorem precepti illis inthimati; quod, et si vim extendere non potuisset ad impedienda asta possessione ab eis allegata, effectum tamen producere debuit, et debet pro impediendis novitatibus, et attentatis pretextu continuande d.te aste possessionis, ~~pertinentes~~ propterea excitandus erat D. Dupl.s, et eligendum erat habitaculum

Que vero per DD. Adv.res ad substantiam cause ~~novaiter~~ allegata fuerunt, consultius omitti poterant ne ulterius preiuditium fieret veritati, de qua concludent.me constat ex relatione per D. Comissarium Fluminis ad pref.a Ill.mi Dom. Comite Reg.te exarata, in qua recensentur novitates ex Adv.o patrate

Nec est, cur ex Adv.o dicatur, quod eadem relatio sit ~~nimita~~ cum propensione erga D. Repl.te facta, quodque contineat plures incompatibilitates nam repetere iuvat assertiones predictas offendere veritatem, alioquin ipsis DD. Adv.bus notissimam &c

Nemo siquidem negare cogitavit, quin Bratum DD. Adve.tium irrigatum fuerit, et per consequens DD. Adversantes de facto privari non debeant ea quasi possessione

Ad: Vand.o Canu

irrigandi Pratum iuxta solitum cum aquis extrahendis à Rugia nuncupata del Prato Campazzo, negatur tamen, et quidem iure merito, quod modus irrigandi potuerit, vel possit per ipsos D.D. Adu.tes alterari, unde cum de alteratione, seu mutatione cum preiuditio D. Supl.tis ad sensum corporeum constiterit, frustra contenditur pro declinando ab evidenti veritate

Ut autem semel excludatur quelibet equivocatio, que introduci pretenditur mediantibus ratiocinijs super litera d.e Relationis ex Adu.o factis, recurrendum est ad precedentem visitationem et informationes habitas, et sumptas per D. Sindicatorem D. Comissarij Fluminis in re presenti. Ex illis itaque concludent.me constitit quod pratum D.D. Adu.tium irrigari solebat mediante quodam Cavo in rippa dicte Rugie existente inferius ad cavum noviter constructum per brachia sexaginta vel septuaginta circiter. Constitit pariter de impedimentis in cavo d.te Rugie Prati Campazzi interiectis mediantibus lignis, saxis, et glarea, Prout constitit ex premissis constructione ac impedimentis de novo attentatis maiorem aque quantitatem ultra solitum introduci super Prato D.D. Adu.tium

Visis ideo resultantiis ex dictis visitatione, et informationibus, placuit pref. Ill.mo D. Comiti Reg.ti pro iustitie complemento, et in executione ordinis Exc.mi Senatus demandare omnia fore in pristinum restituenda tollendo premissas novitates, quapropter in execu.ne ordinato.rum ut s.a D. Comissarius se contulit in rem presentem, et repertis adhuc inesse memoratis novitatibus, illas tolli fecit, et inde relationem de per eum gestis ad eundem Ill.mum D. Comi.tem Reg.tem exaravit

Hinc apparet quam incongrue locuti fuerint et adeo lato calamo D.D. Adu.tes pro excludendis d.tis novitatibus; nam in substantia nihil alliud esset ab adversariis ratiocinijs in eundem D.D. Adu.tium erroneo sensu deducendum, quam quod d.tus D. Sindicator falsitatem comiserit, vel falsum processum construxerit in visitando

situ, et in assumendis dictis informationibus; item deducendum esset, quod ordinatio per pref.um Ill.mum D. Comitem Reg.em facta in executione ordinis Senatus Ex.mi audito etiam Regio Fisco pro tollendis dictis novitatibus de manifesta iniustitia peccaverit, et demum quod D. Comissarius in exequendo sibi, pro ut supra demandata, et in exaranda ipsa relatione, falsum et ipse comiserit

Quantum autem aliene dici debeant similes illationes ab omni Iuris principio quisque versatus in foro videt, et ipsi ceci videre possunt, quapropter obliterari debent et concludi, quod tam visitatio habita cum informationibus sumptis per Dominum Sindicatorem, quam ordinata per prefatum Ill.mum D. Comi.em Reg.tem, quam etiam gesta per D. Comissarium in executione ordinatorum ut supra, rite, recte, ac iustissime processerint, consequenterque D.D. Adu.tes non solum teneri precepto parere illis intimato ad effectum, ut imposterum ab attentando dictas, et alias similes novitates abstineant, sed etiam ad refectionem omnium et quarumcumque expensarum dicta de causa factarum, et fiendarum cum omnibus damnis condemnentur

Non officit pariter insistentia D.D. Adu.tium, circa quod ipsi non solum sint utentes aquarum defluentium per Rugiam nuncupatam La Roggia del Prato Campazzo, sed imo sint primi utentes eo quia eorum pratum sit primum in ordine ad ipsius Rugie defluxum. Respondetur, quod nunquam controvertere credidit D. Supl.s circa ordinem, sed circa modum qui pro ut supra dictum est alterari non potuit citra manifestum attentatum, unde cum modus predictus fuerit ex adverso immutatus dum appertus fuit cavus, sive buca in situ valde superiori, ex quo emungitur maior quantitas aque, ut ex evidentia facti, et ex depositione testium per D. Sindicatorem assumptorum ressultavit, et dum interiecta fuerunt Ligna, Saxa et glarea ad impediendum solitum et Naturalem cursum aquarum ad pratum D. Supl.tis

Ceterum nil deperit quelibet adverse partis ratiocinatio dessumpta ex actis

doccumentis que producta dicuntur, quia nullo modo conferunt ad p
=nte Hipothesi retentis animaduersionibus predictis, Estó, quod non controu
quin D.D. Aduersantes sint in possessione irrigandi eorum Pratum, licet n
identificatur ex dictis actis Iuribus, quod agatur de Prato nuncupato
Prato Sciucco; verumtamen ex hoc non tollitur, quin Rugia que de
causa edicto, constructa fuerit, ut desseruiret prato nuncupato il Prat
Campazzo proprio D. Sup.tis ~~nam~~ semper ab ipsius Rugie constructione den
=nata fuit Rugia del Prato Campazzo non autem del Prato Sciucco, ue
cum alia diuersa denominatione. Signum euidens, quod in tantum potuerun
reliqua prata in situ anteriori existentia irrigari, in quantum sic perm
=sum fuerit à respectiuis Dominis pro tempora dicti Prati del Campaz
Tandem inutiliter asseruerunt D.D. Aduersantes quod D. Supl.s non sit uere D
=nus dicti prati, il Campazzo nam similis assertio prorsus ueritati contraria dignosceta
quatenus debita cum animaduersione D.D. Adue.tes considerent contine
=tia acti instrumenti diuisionum producti sub littera **D**. Adinuenien
enim, quod q.m D. ~~Rafael~~ Raphael ibi nominatus non fuit D.D. Adu.tiu
Genitor, sed Proauus D. Sup.tis et sic non D. Supl.tem non agere litem iniu
=ta sed imo D.D. Adu.tes ab omni iustitie ac ueritatis uia declinare —
Quod autem ex d.to instrumento non appareat de precisa quantitate aquarum
desseruiendarum dicto Prato nuncupato il Prato Campazzo, nihil
ponit in esse, cum sufficiat, quod Rugia predicta desseruire debeat
eidem Prato cum aquis que naturaliter defluunt, uel defluere possint
per ipsa Rugia sublatis quibuscumque impedimentis, et nouitatibus, unde
quamuis dicti diuidentes noluerint teneri ad manutentionem aquarum non
per hoc tollitur quin D.D. Aduersantes prohiberi debuerint, et debeant
abstinere à premissis attentatis, quibus impeditus fuit solitus aquarum

defluxus; nam res acta fuit; agitur, et agi debet in simplici remedio
manutentionis iuxta sensum etiam D.D. Adu.tium propterea que ex his, et
aliis etiam latius, si, et prout opus, pref.us D. Sup.s insistit in omnibus
deductis, respectiueque oppositis et petitis semper cum uictoria expen=
=sarum, et damnorum refectione de quibus iterum et secus etiam pro ut
latius, salvo semper &c. ——————————

~~defluxus, nã res acta fuit, Agitur et Agi debet in simplici remedio manutentionis iuxta sensũ etiã DD. Adv.rũ Propterea q3 ex his, et aliis etiã lat.s, si et pro ut pref.us D. sup.t insistit in p.p eũ deductis respectiveq3 oppositis, et petitis semper cũ victoria expensarũ, et damno cũ refectione, de quibus iterũ q. secus q. etiã pro ut latius q. Salvo semper q.~~

PESSINA ingegnere DIDACI

PISSINIS Rev.do CARLO AMBROGIO) fu
GIACOMO

Roggie del PRATO del CAMPACCO
PRATO SCIUCCO
fu Raffaele